



# **Erasmi Roterodami. De ratione studij, ac legendi, interpretandiq[ue]; auctores libellus aureus.**

<https://hdl.handle.net/1874/452942>

ct.

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board











B

Miscellanea Litteraria

Octavo n°. 80.

B oct.  
80





*ml. gravata*

# ERASMI

ROTERODAMI.

*De ratione studij, ac legendi, interpretandiq; autores libel  
lus aureus.*

*Officiū discipulorū ex Quintiliano.  
Qui primo legendi, ex eodem.*

ERASMI

*Concio de puerō IESV in schola  
Coletica Lödini iſtituta pronunciāda.*

EIVSDEM.

*Expostulatio IESV ad mortales.*

EIVSDEM.

*Carmina scholastica.*

*N. v. l. 80-*

# ERASMVS

ROTERODAMVS PETRO

Viterio, liberalium disciplinarum  
professori eximio.

S. D.

n *et tu rem istam mi Petre suauissime, et perspi-  
cis acute, et grauiter, uereq; iudicas, pluri-  
mum referre, qua ratione quoq; ordine quid  
instituas, idq; maximum habere momentum, cum cete-  
ris in rebus omnibus, tum uero præcipue in bonarum  
studiorum literarum. An non uidemus ingentia pondera, si  
artem adhibeas, minimo tolli negocio, que nullis alioqui  
uiribus moueri poterant? Quemadmodum et in bello  
non perinde refert, quantis copiis, quantisq; uiribus ho-  
stem adoriaris, ut quam probe instructo exercitu, quo  
consilio, quoq; ordine pugnam capebas. Ac multo celeri-  
us quo tèdunt, perueniunt ij, qui semitas compendiarias  
norunt, quam qui annem (ut ait Plautus) ducem sequi-  
tur, et uel contemptu Pythagorà της λεωφόρος ingre-  
diuntur, uel uariis etiam errorum ambagibus circum-  
aguntur. Proinde rogas, ut tibi studiorum ordinem, ac  
uiam, formamq; præscribam, quam tu, ueluti Thesei fi-  
lum secutus, et in auctorum labyrinthis citra errorem  
uersari*

uersari queas, & ad eruditionis summam celerius emer-  
 gere, uel magis aliorum studiis consulere, quos bonis li-  
 teris instituis, quandoquidem ipse iam propemodum  
 ad eruditio[n]is fastigium peruenisti. Evidem pro mea  
 certe uirili non grauatum parebo homini tam amico,  
 ut neph[us] sit quiduis etiam flagitanti negare. nedum  
 rem tam honestam, tanq[ue] frugiferam. Quod  
 si senseris nostrum hoc consilium tibi com-  
 modo fuisse, tui candoris erit, &  
 aliis ad bonas literas eni-  
 tentibus, digito  
 uiam indi-  
 care;

## DE RATIONE

RINCIPIO duplex omnino uidetur cognitio, rerum, ac uerborum. Verborū prior, rerum potior. Sed nonnulli dum ἀριπτοὶς (ut aiunt) τωσὶς ad res di- scendas festinant, sermonis curam negli- gunt, & male affectato compedio, in ma- xima incidūt dispensia. Etenim cum res nō nisi per uocum notas cognoscātur, qui sermonis uim non calleat, is paſsim in rerum quoq; iudicio cæcutiat, hallucinetur, deliret necesse est. Postremo uideas nullos omniū magis ubiq; de uoculis cauillari, quam eos qui ia- citant sese uerba negligere, rem ipsam spectare. Quapropter utroque ingenere statim optima, & quidem ab optimis sunt discenda. Quid enim stu- tius quam magno labore discere, que postea ma- iori cogitris dediscere? Nihil autem facilius discitur, quam quod rectum, ac uerum est. At praua si semel in hæserint ingenio, dictu mirum quam non possint reuelli. Primum igitur locum Grammatica sibi uendicat, eaq; protinus duplex tradenda pueris, Græca uidelicet, ac la- tina. Non modo quod his duabus linguis omnia ferme sunt prodita, que digna cognitu uideantur, uerum etiā quod utraq; alteri sic affinis est, ut ambæ citius percipi queant coniunctim, quam altera sine altera, certe quam latina sine græca. A græcis auſpicari nos mauult. Quin tilianus sed ita, si his literis preceptis, non longo inter- uallo latinæ succedant, sane utrasque pari cura tuendas eſſe

esse monet. atq; ita futurum , ut neutræ alteris officiant  
Ergo utriusq; lingue rudimenta , & statim , & ab opti-  
mo præceptor e sunt haurienda : qui si forte non contin-  
gat tum ( quod est proximū ) optimis certe utendum au-  
toribus , quos equidem per paucos , sed delectos esse ue-  
lim . Inter græcos Grammaticos nemo non primum locū  
tribuit Theodoro G:z:z , proximum mea sententia Con-  
stantinus Lascaris sibi iure suo uendicat . Inter latinos ue-  
tustiores Diomedes . Inter recentiores haud multum ui-  
deo discriminis , nisi quod Nicolaus Perottus uidetur o-  
mnium diligentissimus , citra superstitionem tamen . Ve-  
rū ut huiusmodi precepta fateor necessaria , ita uelim eē  
quoad fieri possit , quā paucissima , modo sint optia . Nec  
unquā pbaui literatorū uulgi q; pueros in his inculeādis  
cōplures annos remorātur . Nā uera emēdate loquēdi fa-  
cultas optie paratur , cū ex castigate loquētiū colloqo , cō-  
uictuq; tū ex eloquētiū authorū assidua lectioe , è qbus ij  
primū sunt imbibēdi , quoru oratio præterquā q; est casti-  
gatissia , argumēti quoq; illecebra aliqua discētibus blan-  
diatur . Quo qdē in genere primas tribuerim Luciano ,  
alteras Demostheni , tertias Herodoto . Rursum ex poëtis  
primas Aristophani , alteras Homero , tertias Euripidi .  
Nam Menandrum , cui uel primas daturus eram : deside-  
ramus . Rursum inter latinos quis uti ior loquendi author  
quam Terentius ? purus , tersus , & quotidiano sermone  
proximus , tum ipso quoq; argumenti genere iucundus  
adolescentiæ . Huic si quis aliquot selectas Plau: i com: x

## DE RATIONE

dias putet addendas, quæ uacent obſcœnitate, equidem  
nihil repugno. Proximus locus erit Vergilio. tertius Ho-  
ratio, quartus Ciceroni, quintus. C. Cæſari. Salustium  
ſi quis adiungendum arbitabitur, cum hoc non magno  
pere contenderim, atque hos quidem ad utriusq; lin-  
guæ cognitionem satis eſſe duco. Neque enim mihi pla-  
cent, qui in euoluendis hunc in uſum autoribus, etiam  
quibuslibet, uitam omnem cōterunt. Prorsus infantem  
existimantes eum, quem uilla chartula suffugerit. Ergo  
parata sermonis facultate, ſi non luxuriosa, certe caſta,  
mox ad rerum intelligentiam conferendus eſt animus.  
Tamen ſi ex his quoq; ſcriptoribus, quos expoliendæ lin-  
guæ gratia legimus, non mediocris obiter rerum quoq;  
cognitione percipitur, uerum ex iſtituto omnis ferè rerū  
Scientia à græcis authoribus petenda eſt. Nam unde nā  
haurias uel purius, uel citius, uel iucūdius, quam ab iſpis  
fontibus? Sed quo ordine disciplinæ descendæ ſint, & ex  
quibus potiſſimum præceptoribus, id alías fortasse recti-  
us oſtendemus. Interim ad prime ætatis ſtudia reuerta-  
mur. Ut igitur ex his auctoribus unde linguae copiam  
petendam eſſe diximus, fructum capias & maturius, &  
uberiorem, Laurentium Vallam tibi censeo diligenter  
euoluendum, qui de latiniſ ſermonis elegantia ſcripsit  
elegantissime. Huius adiutus præceptionibus, ipſe per te  
non pauca annotabis. Neque enim te uelim per omnia  
uelut addictum, Laurentianis ſeruire præceptis. Adu-  
uabit

uabit hoc quoque, si figuræ grammaticæ à Donato ac  
Diomede traditas edidiceris, sic arminis leges ac for-  
mas omnes tenueris, si rhetorices summam hoc est pro-  
positiones, locos probationum, exornationes, amplifi-  
cationes, transitionum formulas in prōptu habueris. Cō-  
ducunt enim hæc non solum adiudicandum, uerum etiam  
ad imitandum. His itaque rebus instructus inter legen-  
dum auctores non oscitanter obseruabis, si quod incidat  
in signe uerbum, si quid antique aut noue dictum, si quod  
argumentum, aut inuentum acute, aut tortum apte, si  
quod egregium orationis decus, si quod adagium, si quod  
exemplum, si qua sententia digna quæ memorie com-  
mendetur. Isque locus erit apta notula quapiam in signe  
endus. Notis autem non solum uarijs erit utendum, ue-  
rumentiam accommodatis, quo protinus quid reis sit, admo-  
neant. Ad hæc si quis dialecticen addendam statuet,  
non admodum refragabor, modo ab Aristotele eam di-  
scat, non ab isto loquacissimo sophistarum genere, neque  
rursum ibi desideat, & uelut ad scopulos (ut inquit  
Gellius) syrenios consenescat. Verum illud interim  
memineris optimum dicendi magistrum esse stilum. E-  
rit hic igitur in carmine, in oratione libera, in omni ar-  
gumenti genere diligenter exercendus. Neque negli-  
geda memorias, lectiōis, thesaurus. Eam tametsi locis et  
imaginibus adiuuari nō inficior, tamen tribus rebus po-  
tissimum constat optima memoria, intellectu, ordine, cura.

## DE R A T I O N E S T V-

Si quidem bonae memorie pars est, rem penitus intelle-  
xisse. Tum ordo facit, ut etiam que semelexciderint, qua-  
si post liminio in animum reuocemus. Porro cura omni-  
bus in rebus, non hic tantum, plurimum ualeat. Itaq; que  
meminisse uelis, ea sunt attentius, ac crebrius relegeda,  
deinde sepius a nobis ipsis exigenda, ut si quid forte suf-  
fugerit, id restituatur. Illud minutius, sed tamen haud in-  
dignum quod admoneatur. Adiuuabit non mediocriter,  
si quorum necessaria quidem, sed subdifficilis erit memo-  
ria ueluti locorum, quos tradunt Cosmographi, pedum  
metricorum, figurarum grammaticarum, genealogia-  
rum, aut si qua sunt similia, ea quam fieri potest breuiissi-  
me simul, & luculentissime in tabulas depicta, in cubica-  
li parietibus suspendantur, quo paſsim & aliud agenti-  
bus, sint obvia. Item si quedam breuiter, sed insignter di-  
cta uelut apophthegmata, proverbia, sententias, in fron-  
tibus, atq; in calcibus singulorum codicū inscribes, quo-  
dam annulis, aut poculis insculpes, nonnulla pro foribus,  
& in parietibus, aut uitreis etiā fenestrīs depinges, quo-  
nusquam non occurrat oculis, quod eruditōrem adiuuet.  
Hec enim tametsi singula per se pusilla uideantur, tamē  
in unum collata aceruum, doctrinæ thesaurum lucro au-  
gent, haud quaque negligendo. τῷ εἰς ἔφεντος οὐρανὸν  
δούτι, id est his opibus properati ditescere, Postremo  
illud nō ad unū aliquid, sed ad omnia simul plurimum cō-  
ducet, si frequenter alios quoq; doceas. Nusquam enim  
melius deprehenderis quid intelligas, quid non. Atq; in-  
terim

DE PVERIS IN

terim noua quedam occurunt commentanti, differētiq;  
nihil non aliis infigitur animo;

DE RATIONE INSTITV-  
endis discipulos.

§ Ed video te cupere , ut de docendi quoq; ratio= s ne non nihil attingamus . Age mos geratur Vite= rio , quanquam video Fabium hisce de rebus dili= gentissime præcepisse , adeo ut post hunc de iisdem scri= bere prorsus impudentissimum esse uideatur . Ergo qui uolet instituere quempiam , dabit operam . ut statim opti= ma tradat , uerum qui rectissime tradat optimam , is omnia sciat necesse est , aut si id hominis ingenio negatu est , certe uniuscuiusq; disciplinæ præcipua . In hoc non ero contè= tus decem illis , aut duodecim auctori bus , sed orbem illū doctrinæ requiram , ut nihil ignoret , etiā qui minima pa= ret docere . Erit igitur huic per omne scriptorum genus uagandum , ut optimum quemq; primum legat , sed ita , ut neminem relinquat ingustum , etiam si parum bo= nus sit auctor . Atq; id quo cumulatiore fructu faciat , an= te locos e= ordines quosdam , ac formulas in hoc paratas habeat , ut quicquid usquā inciderit annotandum , id suo ascribat ordini . Sed hoc quaratione fieri oporteat , in secundo de copia cōmentario demonstrauimus . Verū si cui uel ocī , uellibrorū copia defuerit , plurima Plinius

## DE PVERIS IN-

unus suppeditabit, multa Macrobius, & Athenaeus, uaria Gellius. Sed in primis ad fontes ipsos properandum, id est græcos & antiquos. Philosophiam optime docebit Plato, et Aristote. atq; huius discipulu Theophrastus, tum utrinq; mixtus Plotinus. Ex Theologis secundum diuinas literas, nemo melius Origine, nemo subtilius aut iucundius Chrysostomo, nemo sanctius Basilio. Inter latinos duo duntaxat insignes in hoc genere Ambrosius mirus in allusionibus, & Hieronymus in arcana literis exercitatiſſimus. Quod si minus uacabit immorari in gulis, omnes tamen censeo degustandos, qvorum in præsentia catalogum texere, non estratio. Certe propter poëtarum enarrationem, quibus mcs est, ex omni disciplinarum genere sua temperare, tenenda est fabularum uis, quam unde potius petas, quam ab Homero, fabularum omnium parente? Tametsi Metamorphoses, ac Fasti Naſonis non leue momentum adferent, etiam si latine scripti. Tenenda Cosmographia, que in historijs etiam est usui, nedum in poëtis. Hanc breuiſſime tradit Pomponius Mela, doctiſſime Ptolomeus, diligentiſſime Plinius. Nam Strabo non hoc tantum agit. Hic præcipua pars est obſeruasse quæ montium, fluminum, regionum, urbiū, uulgo recepta uocabula, quibus antiquis respondeant. Eadem debet esse cura in arborum, herbarum, animalium, instrumentorum, uestium, gemmarum nominibus in quibus incredibile dictu, quam nihil intelligat literatorum uulgaris. Horum notitia partim è diuersis auctori- bus,

bus, quæ de re rustica, de re militari, de architectura, de  
re culinaria, de gemmis, de plantis, de naturis animantium  
conscripterunt, colligitur. Quanquam Iulius Pollux ex  
professo de rerumocabulis tradidit, quæ utinam tam ac-  
curate distinxisset, quam congesit copiose, partim ex  
etimologijs, partim ex his linguis, quæ prisci sermonis  
& incorrupti, manifesta uestigia seruant in hanc usque  
etatem, cuiusmodi lingua constantinopolitanorum, Ita-  
lorum, & Hispanorum, nam Gallorum oratio longius  
degenerauit. Tenenda antiquitas, que nō modo ex uetu-  
stis auctoribus, Verum etiā e nomismatis prisci, et titulis  
saxisq; colligitur. Ediscenda et Deorū genealogia, qui-  
bus undiq; resertæ sunt fabule, Eam post Hesiodum feli-  
ciss, quam pro suo sæculo tradidit Boeatius. Non igno-  
randa astrologia, quod hanc p̄ssim suis figmentis asper-  
gunt poëtæ, præsertim Higinii. Tenenda rerum omniū  
uis, atq; natura, propterea quod hinc similia: epitheta:  
comparationes: imagines: metaphoras: atq; alia id genus  
schemata solent mutuo sumere. In primis autem omnis  
tenenda est historia, cuius usus latissime patet, non tantū  
in poëtis. Iam si quis Prudentium, unum inter christia-  
nos uere facundum poëtam, uoleat enarrare, literas etiam  
arcanas calleat oportet. Postremo nulla disciplina est,  
nec militie, nec rei rustice, nec musices, nec architectu-  
ræ, que non usui sit ijs, qui poëtas, aut oratores anti-  
quos suscepserint enarrandos. Sed uideo, iamdudum  
frontem contrahis. Næ tu inquis, immensum onus  
impos

DE PVERIS IN

imponis etiam literatori Onero sane, sed unum, ut quā plurimos exonerem, Volo ut unus euoluat omnia, ne sanguinis uniuersa sint euoluenda.

Iam uero de formando puerorum ore, deq; tradendis ceu per lusum, iocumq; literarum figuris, satis præcepit Fabius. Evidem post tradita elementa prima, maxime ad usum loquendi statim uocari puerum. Etenim cū intra pauculos menses, quanvis barbaram linguam etas ea sonet, quid uerat quo minus idem fiat in lingua græca siue latina? Verum id nec in magno puerorum grege locum habet, & domesticam præceptoris consuetudinem requirit. Quanquam in ludo quoq; dabit operam, ut siue pluribus loquatur, siue seorsim uni, quam potest emendatissime dicat. Quædam obiter interpretetur, & ut imitentur, admoneat. Loquentes illos aliquoties collaudet, si quid dictum erit aptius, aut emendet, cum errabunt. Eares efficiet, ut illi quoq; consuecant circumspectius & accuratius loqui & præceptorem loquentem attentius obseruent. iuuabit & illud, si præpositis præmiolis, aut pœnis, uelut ex lege prouocentur, ut ipsi quoq; inter se aliis alium emendent. Porro præceptor eruditiores aliquot deliget, qui controuersiam finiant. Neq; fuerit inutile, & eū formulas aliquot proponere pueris, quibus orationibus in lusu, quibus in congressu, quibus in conuiuis uti debeant. Has sic oportet esse doctas, ut simul & faciles sint, & iucundæ. Porro doctor ille diligens & doctus, acrisq; iudicio, non grauabitur, collatis omnibus

bus grammaticorum præceptis , excerpere quædam,  
et simplicissima, quoad fieri potest, et breuissima, tum  
ordine quam maxime commodo. Posteaquam ea tradidit  
statim ad authorem aliquem ad id accommodatissimum,  
ac loquendi, scribendiq; consuetudinem uocentur. Hic  
præceptiones ante traditas ut incident, exemplaq; dili-  
genter inculcabit, quibus etiam addet nonnihil, uelut ita  
tum ad maiora preparans . Hinc iam thematiū exerce-  
ri debent. In quibus illud in primis cauendum, ne (quod  
fieri solet ) aut sensu sint inepto, aut sermone insulso,  
sed argutam aliquam, aut uenustam habeant sententiam  
que tamen ab ingenio puerili non nimium adhorreat,  
ut interim aliud agentes , simul et aliquid discant, in  
grauioribus studiis usui futurum . Habeat igitur the-  
ma, quod pueris proponas, aut historiam memorabilem.  
Quod genus sunt illa. Marcelli præceps calor re Roma-  
na subuertit. Fabii prudens cunctatio restituit. Quāquā  
hic subest etiam sententia, Nimirum præcipitata consilia  
parum feliciter euenire solere. Item , difficile iudicatu-  
sit, uter altero fuerit stultior, Crates qui aurum abiecit  
in mare , an Midas , qui existimauit nihil auro melius es-  
se. Item, Demostheni ac Ciceroni immodica eloquentia  
exitio fuit. Rursum, nulla laus Codri regis meritis par-  
eſſe potest, qui ciuium salutem propriæ uitæ dispendio  
redimendam putauit. Sed non magni negotii fuerit hui  
usmodi uim ex historiographis , præcipue Valerio Ma-  
ximo, colligere. Aut fabula habeat, ut illud , Hercules  
expugnandis

DE PVERIS IN-

expugnandis monstris immortalitatem sibi paravit. Nusse fontibus ac nemoribus unice gaudent, à fumosis urbibus abhorrent. Aut apogum, ut recte docuit Cassita non esse cōmittendum amicis negocium, quod per te possis confidere. Item, manticam pectore propendente uident omnes, eam, quæ à tergo pendet, uidet nemo. Item sapiebat uulpes, quæ maluit muscas iam prope saturas retinere, quam his expunctis, uacuas ac sitientes admittere, quæ quicquid reliquum esset sanguinis, epotarent. Aut apophthegma, ut, Longe dissentiebat à uulgo nostræ etatis, qui maluit uirum absq; pecunia, quam pecuniam sine uiro. Item, Iure Socrates contemnit eos qui non edunt ut uiuant, sed uiuunt ut edant. Merito non probauit Cato eos, qui plus sapiunt palato, quam animo. Aut prouerbium, ut ne futor ultra crepidam. Et non cuiuslibet hominis Corinthum nauigare. Ac nos quidem editis tot Chiliadibus, effecimus, ne difficultis esset horum inuentio. Aut sententiam, ut nihil carius constat, quam quod precibus emitur. Et obsequium amicos, ueritas odium parit. Et amici, qui procul absunt, amici non sunt. Aut rei cuiuspiam in signem naturam. Ut Magnes ad se se ferrum attrahit, Naphtha ignem. Item palmae ea est natura, ut pondere imposito, non modo non deprimatur ad terram, uerum etiam sursum nitatur, & altius erigat se. Item mirum Polypi ingenium, qui ad speciem subiecti soli mutat colorem, quo fallat insidias piscatoris. Aut figura-

rana

ram eximiam, puta gradationem. Diuitiae luxum par-  
 riunt, luxus saturitatem, saturitas ferocitatem, fer-  
 citas odium multorum, odium perniciem. Aut simi-  
 litudinem, ut quemadmodum ferrum si exerceas, usu  
 atteritur, si non exerceas, exeditur rubigine. Ita inge-  
 nium si exerceas, labore absimitur, si non exerceas,  
 magis otio, si uque laeditur. Aut allegoriam. Ut non  
 est addendus ignis igni, non est addendum oleum in-  
 cendio. Aut commutationem. Ut non ideo te talem  
 iudico, quod uehementer amem, sed ideo uehemen-  
 ter amo, quod talem iudicarum. Aut distributionem.  
 Stultior est, quam ut possit tacere, infantior, quam  
 ut possit loqui. Simplicior est, quam qui possit men-  
 tiri, grauior quam ut uelit. Sed mihi sat est indicaſſe  
 tantum. Aut exquisitam aliquam elegantiam. Cuius  
 rei non est neceſſe ponere exemplum. Nihil autem  
 obstat, quo minus plures commoditates in eandem inci-  
 dant orationem, ueluti sententia, historia, prouer-  
 bium, & figura. Ergo preceptor, quem oportet aſſi-  
 due in bonis authoribus obuersari, huiusmodi ceuſflo-  
 sculos undiquaque colligit, eosq; delectos proponet  
 aut etiā in eam formam demutabit, ut pueroruſ ingeniiſ  
 sint accōmodati. Postquā his rebus ad aliquantā sermo-  
 nū peritiā prouectus erit puer, tum si uidebitur, ad ma-  
 icra grāmatics precepta reuocetur, Quæ plocos et or-  
 dines quoſdā ita tradēda ſunt, ut primo loco ſimpliſſia  
 pponātur, eaq; paucis. Deinde utcūq; adoleſcūt diſcētiū  
 inge-

D E P V E R I S I N=

ingenia, ita maiora suis qua<sup>q</sup>; locis oportebit subjæcere. Is  
ordo cuiusmodi sit, è Theodori Gazæ Græmatica exemplum sumas licebit. Nec in his tamen uelim eos detineri  
longius, sed illico ad authores grauiores reuocari. Præ=  
sertim si prius summā illam, de qua dixi, rhetorices, ac fi=  
guras, & carminum formas teneat. Interim thematis  
quoq; difficultioribus sunt exercendi, in quibus delegen=  
dis ac narrandis, diligentem ac doctum præceptorem  
requiram. Qui si sit mediocris, modo sit idem modestus,  
non grauabitur hæc ab alio doctiore petere. Thematum  
autem forme huiusmodi fere possunt esse. Nunc epi=  
stole breuis argumētum, sed argutū, lingua vulgari pro=  
ponat, latine græcūq; aut utroq; sermone tractandum.  
Nunc apologum, nunc narratiunculam non insipidam,  
nunc sententiam ex quatuor constantem partibus, utriq;  
simili aut ratione subiecta. Nunc argumentationem qui  
que tractandam partibus, nunc dilemma duobus, nunc  
expoltionem quam uocant, septem partibus explican=  
dam, aliquando tanquam ad rhetorica præudentes, unū  
aliquid membrorum seorsum tractent. Cuiusmodi pro  
gymnasmata scripsit Aphthonius. Aliquando laudem,  
uituperationem, fabulam, similitudinem, comparationem.  
Aliquando figuram, uel descriptionem, distributionem,  
sermocinationem, subiectionem, notationem. Aliquoties  
iubantur carmen aliquid soluere. Aliquoties solutam  
orationem pedibus alligare. Interim Plinianam aut Ci=  
teronis epistolam, uerbis ac figuris imitentur. Non nun  
quam

quam eandem sententiam uariatis uerbis ac figuris, sæpius efferant. Nonnunquam eandem grece simul ac latine metro & oratione prosa uariant. Nonnunquam etiam quinque aut sex carminum generibus, que doctor prescripscerit, explicitent. Nonnunquam sententiæ eandem per locos quam plurimos ac schemata diffingant. Plurimum autem fructus est in græcis uertendis. Quare conueniet eos, hoc in genere sæpiissime ac diligentissime exerceri. Nam simul & exerceatur ingenium in deprehēdendis sententiis, et utriusque sermonis uis ac proprietas penitus inspicitur, & quid nobis cum græcis commune sit, quid non, deprehenditur. Denique ad reddendam græcanicam enphasim, omnes latinæ linguae opes excutias oportet. Hæc si initio pueris difficultia uidebuntur, tum usu fient faciliora, tum præceptoris ingenium, ac studium, bonam negotii partem pueris adimet, indicantis que putet esse supra uires illorum. Atque ipsis interim exercitamentis crebræ prælectiones auctorum miscantur, ut suppetat quod imitentur. Quantum quis, qui docet, proposito themate: simul uerborum quoque & figurarum copiam debet indicare. Sub hæc ad inueniendi quoque labore prouocentur, ita propositis nudis argumentis, ut suo quisque Marte reperiat, que pertinebunt ad rem tractandam, ornandam, locupletandam. Et hic delectum ac uarietatem requiram a preceptoris eruditæ diligentia, gustum interim exhibeo.

B Sæpius

## DE PVERIS IN-

Sæpius argumentum epistole proponet suaforiæ, diſſuaforiæ, exhortatoriæ, dehortatoriæ, narratoriæ, gratulatoriæ, expostulatoriæ, commendatoriæ, consolatoriæ. Et uniuscuiusq; generis naturam locos ac formulas quasdam communes, dein etiam argumento proposito, peculiares indicabit. Aliquando ceu declamatorium thema dabit, in diuersis generibus, puta si iubeat eos uituperare Iulium Cæfarem, aut laudare Socratem, in genere demonstratio. Item statim optima discenda. In opibus nō eſſe felicitatem. Matrem proprio lacte nutrire debere quod peperit Literis græcis non eſſe dandam, aut eſſe dandam operam. Vxorem eſſeducendam, aut non eſſeducendam Peregrinandum eſſe, aut non eſſe peregrinandum, in genere suaforio. Item M. Horatium indignum eſſe suppicio, in genere iudicali. Verum hanc palæstrā primum ingredientibus, non grauabitur is, qui docendi prouinciam suscepit, primum indicare, quot propositionibus id argumentum tractari posſit. Præterea propositionum ordinem demonstrabit, et quo pacto alia ex alia pendeat. Deinde quot rationibus unaquæq; positio fulciri deber, quot confirmationibus unaquæque ratio. Tum circumstantias ac locos, unde ista peti possint. Deinde quibus similibus, diſſimilibus, exemplis, collationibus, sententiis, prouerbis, fabulis, apologis unaquæque pars locupletari queat. Ostendat & schemata, si qua insigniter uidebuntur incidere poſſe, que uel acerorem

rem, uel ampliorem, uel magis dilucidam uel iucundiorē reddant orationem. Si quid erit amplificandum, rationem demonstret, sive per locos communes, sive per eas rations, quas in quatuor formas distribuit Quintilianus. Quod si qui inciderint affectus, hi quoq; quo p̄ elo tractandi sint, admonebit. Quin & connectendi rationes pr̄escribat, quis sit optimus futurus transitus, ab exordio ad narrationem, à narratione ad diuisionem, à diuisione ad argumentationē, à propositione, ad propositionem, à ratione, ad rationem, ab argumentatione ad epilogum, aut perorationem. Ostendat & formulas aliquot, quibus ibi commode possint exordiri, aut etiam perorare. Postremo si potest, locos aliquot in authoribus indicet, unde ualeant aliquid imitandum sumere, propter rerum affinitatem. id ubi septies, aut octies erit factum, iam incipient (quod ait Horatius) sine cortice nare, & satis erit nudum thema ministrasse, nec necessitate fuerit, semper uelut in fantibus cibum premansum in os inserere. Nec mihi displaceat illud exercitationis genus, quod apud antiquos in usu video fuisse, ut ex Homero, Sophocle, Euripide, Vergilio, aut etiam ex historiis aliquando legantur themata. Puta, ut Menelaus apud Troianam concionem repetat Helenam. Aut Phœnix suadeat Achilli, ut redeat in prælium. Aut Ulysses suadeat Troianis, ut Helenam reddant, potius quam bellū experiantur. Quo in genere extant aliquot Libanii &

DE PVERIS IN-

Aristidis declamationes. Præterea, ut suadeat aliquis amicus Ciceroni ne conditionem ab Antonio oblatam accipiat, quod argumentum est apud Senecam, Vti Phalaris suadeat Delphis, ut taurum æneum deo suo conseruent. Ad hoc genus pertinent epistole, quæ Phalaridis, ac Brutii nomine circunferuntur, In emendando collababit, si quid felicius inuentum, tractatum, aut imitatum uidebitur, si quid prætermissum, aut non suo loco positum, si quid nimium, aut remissus si quid obscurius, aut etiam si quid parum eleganter dictum erit, admonebit. Et quo pacto mutari possit ostendet, ac mutari, & saepius iubebit. Extimulabit autem præcipue discentium animos, comparatione profectus, uelut emulatione quadam inter ipsos excitata. Iam in prælegendis authoribus nolim te facere, quod praua quadam ambitione uulgus professorum hodie facit, ut omni loco coneris omnia dicere, sed ea duntaxat: quæ explicando præsenti loco sint idonea, nisi si quando delectandi causa digrediendum uidebitur. Quod si huius quoque rei rationem à me requiris, haec mihi quidem uidebitur optima. Primo loco ad conciliandos auditores, laudes eius, quem prælegendum sumit, paucis explicet. Deinde argumenti iucunditatem, utilitatemque ostendat. Deinde uocem argumenti, si forte (ut faciunt plerique) uarios habeat usus, explicet, ac distinguat. Veluti comediam (ut hoc exempli loco sumamus) Terentianam interpretaturus, in primis

de

## S T I T V E N D I S . II

de authoris fortuna, de ingenio, de sermonis elegantia  
 paucis disserat. Deinde quantum habeat et voluptatis  
 et utilitatis comoediarum lectio. deinde quid significet  
 ea vox, et unde ducta, et quot sint comoediarum gene-  
 ra, et que sint comoedie leges. Deinde, quam potest et  
 dilucide, et breuiter summam explicit argumenti. Car-  
 minis genus diligenter indicet. Post ordinet simplicius,  
 deinde singula suis explicet. Deinde si qua insignis ele-  
 gacia, si quid prisco dictum, si quid nouatum, si quid græ-  
 canicum, si quid obscurius, aut longius redditum, si du-  
 rior aut perturbatior ordo, si qua etymologia, si qua de-  
 riuatio aut compositio scitu digna, si qua ortographia,  
 si qua figura, si qui loci rhetorici. si qua exornatio, si qd  
 de prauatum, diligenter admonet. Tum loca similia ex-  
 authoribus conferat, si quid diuersum, si quid affine, si  
 quid imitatum si quid allusum, si quid aliunde translatum,  
 aut mutuo sumptum. Ut sunt pleraq; latinorum à græ-  
 cis profecta, ne id quidem taceat. Postremo ad philoso-  
 phiam ueniat, et poëtarum fabulas apte trahat ad mo-  
 res, uel tanquam exempla. Ut pyladis et Orestis: ad  
 amicitie commendationem. Tatali fabulam ad auaricie  
 detestationem. In his non mediocriter adiuabit docen-  
 tem Eustathius, Homeri interpres. Atque ita fiet (si mo-  
 do sit ingenii dextri præceptor) aut etiam si quid inci-  
 derit, quod inficere posse etatem illam, non solum non  
 officiat moribus, ueruetiam utilitatem aliquam adferat,

B 3      Videlicet

D E P V E R I S I N-

Videlicet animis partim ad annotationem intentis, par-  
tim ad altiores cogitationes auocatis. Veluti si quis p̄-  
lecturus secundam Maronis æglogam, commoda p̄fā-  
tione p̄paret, uel potius p̄emuniat auditorum ani-  
mos, ad hunc modum, ut dicat, Amicitiam non coire ni-  
si inter similes, similitudinem enim eſe beniuolentie mu-  
tue conciliatricem, contrā diſsimilitudinem odii, diſsi-  
miliq; parentem, Quoque maior ac uerior, stabilior que  
similitudo fuerit, hoc firmior, atq; arctior est amicicia.  
Id nimirum ſibi uelle tot apud authores prouerbia. Bo-  
ni ad bonorum conuiua, et inuocati accedunt. Et simile  
gaudet simili & æqualis æqualem delectat, & æqualem  
tibi uxorem quere. Et, ut ſemper ſimilem ducit Deus ad  
ſimilem, & ſemper graculus aſſidit graculo. Et ſimiles  
habent labra lactucas. Et pares cum paribus facillime  
congregantur. Et Cæſcus Cæſcam ducit. Et balbus bal-  
bum rectius intelligit. Et cicada cicadæ chara, formi-  
ca formicæ. Et Cretensis cum Aeginita. Contra tot diſ-  
ſimilitudinis adagia, nihil aliud ſibi uelle, quam inter  
eos, qui diſsimili ſunt fortuna, diſsimili uitæ instituto, diſ-  
ſimilibus ſtudiis, aut omnino non coire amicitiam, aut  
ſi coierit, non coherere, citoque dirimi, atque ob id fie-  
ri, ut idiota ſtudioſum literarum oderit, prophanus fa-  
cerdotem, rusticus aulicum, iuuenis ſcenem. Atque in co-  
dem genere, Epicureus Stoicum, philofophus iuris con-  
ſultum

sultum, poëta theogorum, balbus eloquentem. Hinc genitorum gratiam fratrum. Amphionis et Zeti pene disiliisse, quod alter lyræ studiosus esset, alter agris colendis gauderet, ac disilierat, nisi Amphion abiecta lyra, fratris ingenio cessisset. Ob eandem causam insyncera fuit Castoris & Pollucis amicitia, neque caruit infamia tentati parricidij, cum uterque eodem ex uno essent prognati, ut iam magis esse gemelli non possent, quod alter pugil esset, alter equis delectaretur. Hinc male conuenisse Remo cum Romulo, quod alter tristioribus, ac seueris esset moribus, alter blandior, unde & Romulo pro Remo mutatum nomen. Pessime conuenisse Caym cum Abel, quod diuerso uitæ genere caperentur. Summum autem amorem summæ similitudinis esse comitem, atque ideo fictum à poëtis quemadmodum Narcissus, ante ab omni abhorrens consortio, simul atque suam ipsius imaginem in limpidissimo fonte conflexisset, protinus amore flagrantissimo coepit ardere. Quid enim nostri similius, quam ipsa imago? Ergo cum doctus doctum amat sobrius sobrium, modestus modestum, probus probum, nihil aliud amat uterque, quam suam ipsius in altero imaginem, hoc est seipsum, sed alio modo. Verum ea similitudo, siquid sita est in bonis animi, quæ uere sunt bona, hoc est pietate, iustitia, temperantia, tum eiusmodi nastatur amicitia, cuiusmodi sunt cæres, quibus amicitia conciliatur, hoc est honesta, uera, syncera, stabilis, æterna.

D E P V E R I S I N-

Contrà si in rebus corporeis ac fluxis, aut etiam turpis  
bus, eam nec uere esse amicitiam, nec iucundam, nec diu-  
turnam ostendet. Proinde Platonem duas finxiſe Vene-  
res, alteram cœlestem, alterā terrestrem. Duos item cupidi-  
nes, ſue utrūq; matrī respondentes. Cœleſtē ueras gi-  
gnere formas, & huius filium ueros, & honestos immut-  
tere amores. Inter bonos ſemper amore eſc mutuum, in-  
ter uulgares plerūq; alterū amare, alterū odiſſe, alterū  
prosequi, alterum fugitare. Id accidit fere propter inge-  
niorum, uitæq; diſſimilitudinē. Quod quidē eleganter ſi  
gnificat apud poëtas Cupido, qui nonūquā hunc aurea  
auſpide figit, illum plūbea, illū ut amet, hunc ut abhorre-  
at, atq; hoc amicitiae genere nihil eſc potest infelicius.  
Eius igitur amicitiae male coherentis, quaſi simulachru-  
quoddā, in hac ægloga proponit Vergilius. Corydon  
rūſticus. Alexis urbanus. Corydon paſtor, Alexis auli-  
cus. Corydon indoctus (nā huius carmina uocat incondi-  
ta) Alexis eruditus. Corydō etate prouectus, Alexis ado-  
lescens. Corydon deformis, hic formosus. Breuiter diſſi-  
milia omnia. Quare prudētis eſt amicū ſuis moribus a-  
ptum diligere, ſi uelit amari mutuum. Hęc inquā ſi præfer-  
tur, tum aut̄ locos demonstratorios perperā, & bucoli-  
cę à rūſtico affectatos indicet. nihil opinor turpe ueniet  
in mentē auditoribus, niſi ſiquis iā corruptus acesſerit.  
Nā iſte uenenum nō hinc hauerit, ſed huc ſecum attule-  
rit. Hoc exemplū uerbosius exposui, quo facilius in cœ-  
rie

ris, item sibi quisq; similia reperiatur. Iam in aggreſſu atque iuſq; operis conueniet in genere demonstrare, quæ sit argumentum in natura, & quid in eo potissimum sit ſpectandum. Velut in epigrāmatis argutā breuitatē laudari. Tum icondirationes, quas Fabius & Cicero tradūt, indicabit. Hoc genus præcipue gaudere epiphonematis, cōmode in fine adiectis, quæ cogitationē uelut aculeatā in animo lectoris relinquit. In Tragœdia præcipue ſpectandos affectus, & quidē ferē acriores illos, iij, quibus rebus moveantur, paucis ostēdet. Tum argumēta ueluti declamatum. Postremo deſcriptiones locorū, tēporum, rerū, alii quoties & argutas altercationes incidere, quæ nūc distichis, nūc ſingulis uersibus, nunchemiſtichiis absoluantur. In Comœdia cū primis obſeruandū eſſe decorū, & uitæ cōmunis imitationē, affectus eſſe mitiores, & iucundos magis quam acres. Decorū aut̄ in primis ſpectari, nō ſolū illud cōmune, ut adolescentes ament, lenones peierent, blandiatur meretrix, obiurget ſenex, fallat ſeruus. Iactet ſe miles, atq; id genus alia. Verū peculiare quoddā quod ſuo arbitratu aliis aliud affingit poēta. Velut in Andria duos inducit ſenes: longe diuerso ingenio. Simo nem uehemētē, ac ſubmorosum, haud ſtultum tamē, nec improbū. Contra Chremetē ciuile, ac ſemper placidum ubiq; ſibi præſentē, omnia quantū potest pacantē, at ita tamen lenē, ut minime stupidū. Duos item adolescentes diſimilinatura. Pamphilū cordatū pro ratione etatis,

## DE P V E R I S I N=

¶ consultabundū, sed acriorē, ut Simonis filium possis agnoscere. E' diuerso Charinū puerilē, ineptū, cōsiliijq; inopē. Rursum seruos duos diuersis moribus. Dauū ua- frum & cōsiliis abundantē, ac sperandi ptinacissimum authorē. E' regiōe Birriā nullius consilij, tantū perpe- tuum desperatiōis authorē hero. Ad eūdē modū in Adel phis. Mitionem etiā in obiurgando mitē, ac festiuū. De- meam etiā in blandiēdo amarulentū. Rursum Aeschinū propter urbanæ uitæ cōsuetudinē, & Mitionis fiduciā nihil nō audentē, sed ita ut probū ingenii deprchendas officiosum in fratrē, fidū in puellā. E' diuerso Ctesiphō tem subrusticū ac timidum, propter earū rerū insolentiā Syrum callidū, & audacē, nihilq; non similantē, ac dis- simulantē adeo, ut sola ebrietas detexerit illius fucos. Dromonē stupidum, atq; hebetē. Sed ista persequi non huus ē institutū, i præsentia satis est uā idicāſe. In æglo- gis admonet eſſe aurei ſeculi, ac priscæ illius uitæ ima- ginē. Proinde quicq; illic eſt ſententiarū, ſimiliū, ac cō- parationum, à uita pastorali ſumi, affectus ſunt ſimpli- ces, cantionibus, ſentētiis, ac prouerbiiſ delectantur, fu- perſtitioe & auguriis capiuntur. Ad eūdē modū, quid propriū habeat carmēheroicum, quid hiftoria, quid dia- logus, quid apoloſus, quid satyra: quid oda: quid reli- quas scripti genera curabit admonere. Tū que ſint fin- gulorum authorū in ſingulis argumentis dotes, aut etiā uitia: nō grauabitur indicare. Quo iam tū aſſueſcat ado- leſcentes

lescentes . ei quod est in omni re p̄cipuum (iudicio) atq; in hac parte p̄ceptorē, pr̄eter artē, et ingenium . adiuabit etiam libellus Ciceronis de claris oratoribus, & Quintiliani, Senecæ atque Antonij campani de scriptoribus censuræ, neque non ueteres interpretes, p̄cipue Donatus hac in re peculiariter occupatus . Huc pertinet & consiliij ratio, ueluti quare M. Tullius in defensione Milōis finixerit se timere . Et quare Vergilius tātopere laudibus uehat Turnum hostem Aeneæ, & quare abdicator medicus ap̄d Lucianū nō laedit nouercā, sed magis laudat & in patrē acrior est quā in nouercā . Sed id quoq; in immēsū patet . At iudicabit aliq; hæc nimiū habere negotijs, equidem p̄ceptorem eruditum, longoq; usu exercitatum uolo esse . Is si continget, hæc etiam facile percipient pueri . Quod si qua initio crunt duriora, progressu & assuetudine mollescent . Optima certe sunt, nisi fallor, & optimis cōuenit statim, assuēscere, quanquā hæc non ubiq; omnia sunt inculcanda, ne tedio grauentur ingenia discentium, sedut inciderint insigniora . Neque uero minorem adhibeat curam p̄ceptor in exigendo que commiserit, quam in pr̄legendo . Est omnino labor hic docendi grauiſſimus, sed discentibus utiliſſimus . Nec ordinem exigat duntaxat, sed quicquid scitu dignum fuerit creditum, id assuēscant bona cum fide reddere . Neq; uero deterreat ab hac re difficultas, que uel menstruo temporis ſpacio uincitur . Mibi nunquam placuit, ut omnia di-

etiam

D E P V E R I S I N

Etata scribant adolescentes. sit enim hoc pacto, ut memo-  
rie cultus negligatur, nisi si qui pauca quedam notulis ue-  
lint excipere, idq; tantisper donec usu confirmata memo-  
ria, scripti non desiderent adminiculum. Postremo tan-  
tum arbitror esse momenti incomoda docendi ratione,  
si modo diligens et eruditus contigerit præceptor, ut no  
dubitarim meo recipere periculo, me minore negotio, ac  
paucioribus annis adolescentes ad utriusq; lingue me-  
diocrem etiam eloquentiam perducturum, modo dentur  
ingenia no omnino infelicia, quam isti literatores ad qua-  
lemcunq; illa suā balbutiem uel infantiam potius prouehūt  
suos. His igitur rudimentis puer in prima inbutus schola,  
deinde bonis auibus ad altiores disciplinas conferat sese  
& quocunq; se uerterit, facile declarabit, quantoperere  
ferat ab optimis auspiciatum fuisse. Hæc habui in præ-  
sentia michariſſime Petre, quæ tibi de studijs ratione scri-  
berem, ea si placent, utere, sin minus, sedulitatem, certe  
nostram pro tuo candore boni consules. Tu modo perge  
ita ut instituisti, in bonas literas incumbere, ac Galliam  
tuam alioqui florentissimam, honestissimis etiam studijs  
illustra. Vale:

F I N I S.

# CONCIO DE

PVERO IESV PRONVNTIATA

*à puerō in schola Coletica nuper institutā  
Londini.*

Ver apud pueros uerba facturus de inef-  
fabili puerō I E S V , non optarim mihi  
Tullianam illam eloquentiam , quæ bre-  
**P**ui atque inani uoluptate aures deliniat,  
Quantum enim abest Christi sapientia  
à sapientia mundi ( abest autem inmen-  
so interuallo ) tantum oportet christia-  
nam eloquentiam à mundana differre eloquentia . Sed  
illud unā mecum ardentibus uotis impetratis uelim , ab  
optimi I E S V optimo patre Deo , à quo ceu fonte bono  
rum omnium summa proficiscitur , quiq; solus secundo  
illo suo spiritu linguas infantium reddit disertas , uel è  
laetentium ore laudem absolutam de promere solitus , ut  
quemadmodum omnis nostra uita non aliud exprimere  
debet , quam spiritū , de quo dicturi sumus Iesum , ita &  
oratio nostra illum sapiat , illum referat , illum spiret , quē  
et uerbum est patris & uerba uitæ solus habet , cuius ser-  
mo uiuus , & efficax , penetrantior est quo uis gladio an-  
cipiti , ad intimos etiam cordis recessus penetrans . Utq;  
ipse , de cuius uentre flumina promanant aquæ uiuæ , non  
grauetur per organū uocis nostræ , ueluti per canalem ,

DE P V E R O I E S V

In omnium uestrum animos influere, multoq; gratiæ cœlestis irrigare suæ. Id ita futurū confido cōmilitones mei charissimi, si pijs uotis purgatas, ac uere sitientes aures adiungetis. Eas uidelicet aures, quas æternus ille sermo requirens in Euangelio, qui habet ( inquit ) aures ad audiendum, audiat. Nos porrò cur non audiamus rem hanc, arduam quidem illam, sed tamē piam aggredi? Præsertim ipso adiutore Deo, i quo hoc plus potest mortalis infirmitas, quo minus suis nititur uiribus, & in quo Paulus omnia se posse gloriatur. Iam uero cum tanto studio flagrent isti, qui mundane, hoc est diabolicæ militiæ dare nomina, ut suum cuiq; ducem laudibus uchant. Nobis quid prius aut antiquius esse debet, quam ut præceptorem, uindicem imperatorem nostrum Iesum, ac eundem quidem omnium, sed tamen peculiariter nostrum, id est puerorum principem, certatim pijs celebremus præconijs? Hunc in primis cognoscere studeamus, cognitum laudemus, laudatū amemus, amatum exprimamus, atq; imitemur, imitantes eo fruamur, fruentes immortalifelicitate potiamur. Sed in tā ubere tāq; immensarerū copia, unde queso initium, aut ubi finem nostra reperiet oratio? Cū is, de quo loqui paramus, fons sit, uel ( ut uerius dicam ) oceamus honorum omnium. Verum ut ipse natura incomprehensus, & infinitus, tamen sese uelut in arctum cohibuit, contraxitq;. Itidem & nostra oratio in explicandis eius laudibus, quæ modum nesciunt, modum

dum tamen ipsa sibi faciat oportet. Evidem tria potissimum esse video, quae uel discipulorum uel militū animos solent ad grauiter agendum inflammare, ea sunt ducis admiratio, amor & præmium. Itaque quo preceptoris nostro ac duci Iesu studijs alacrioribus pareamus, agendā singulatim h.ec in eo pia curiositate consideremus. Primo loco quam sit suscipiens, undiq; ac stupendus. Deinde quantopere diligendus, atque ob id imitandus. Postremo quam ingens dilectionis fructus. Ac mos quidem eorū rhetorū in hoc dicendi genere, illustrium principiū adhibere exempla, uidelicet quo collatione crescat is, quem conatur laudibus attollere. Verū imperator noster usq; adeo superat omne celsitudinis humanae fastigium, ut qd quid quantumvis egregium adhibueris, tenebras admoueris, non lucem. Cuius enim imagines, ac natalium splendor non uideatur esse summis, si cum Iesu componas. Qui quidem ineffabili, immo etiam incogitabilis ratione Deus à deo semper absq; tempore nascitur, & eterno summoque parenti per omnia equalis? Quanquam huius uel humana natuitas nonne facile regum omnium claritatem obscurauerit? Quippe qui stupente rerum natura, aethore patre, afflante spiritu, pronubo angelo, citra uirilem operam, uirgo de uirgine cœlitus grauida, natus est homo, in tempore. & rursum ita natus homo, ut neque Deus esse desineret, neque sordiu nostrarum quicquam omnino contraheret. Iā uero qd eo singi potest amplius,

qui

## DE PVERO IESV

qui infusus per omnia, nullo tamen loco cohibitus, in se ipso manet immensus? Quid illo ditius qui summum illud est bonum, à quo bona promanant omnia, nec tamen ipse diminui potest? Quid illustrius eo, qui splendor est paternæ glorie, quiq; solus illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum? Quid illo potentius, cui pater omnipotens uniuersam tradidit potestatem in cœlo & in terra? Quid efficacius eo, qui simplici nutu condidit uniuersa, ad cuius iuissum silesat mare, uertuntur rerum species, fugiunt morbi, concidunt armati, pelluntur dæmones, seruiunt elementa, scinduntur petre, reuiviscunt mortui, resipiscunt peccatores, denique nouantur omnia? Quid augustius eo, quem admirantur superi, tremunt inferi, mediushic orbis supplex ad orat, ad cuius cōparationē sumi reges nihil aliud quā uerbaulos esse sese cōfiteretur? Quid eo fortius atq; iuictus, qui solus mortem alijs iuictam, sua morte deuicit, ac sa thanæ tyrannidem cœlesti uirtute demolitus est? Quid triumphans eo, qui per fractis ac spoliatis inferis, tot pijs comitatus animabus, uictor cœlos adiit, ibiq; sedet ad dexteram dei patris? Quid illo sapientius, qui tam ad mirabilis ratione sancta condidit, ut uel in apicalis tot, tātāque sue sapientie reliquerit miracula? quiq; tam sūpendo rerum ordine, atq; harmonia neicit, continet, ad ministrat uniuersa, obiens omnia, nec tamen à se ipso discedens, omnia mouens ipse immotus, omnia concutiens  
ipse

ipse tranquillus, postremo in quo id, quod stultissimum  
est, uniuersam mortalium sophorum sapientiam longo  
superat interuallo. Cuius debet nobis esse grauior autho-  
ritas, quam eius de quo pater ipse palam est testificatus.  
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsum  
audite. Quid æque reuerendum, atque is cuius oculis per-  
spicua sunt omnia? Quid perinde formidandum atque  
ille, qui solo nutu potest et animam et corpus in tartar-  
a mittere? Quid autem formosius eò, cuius uultum in-  
tueri summa est felicitas: Denique si multis pretium red-  
dit antiquitas, quid illo antiquius, qui nec initium habet,  
nec finem est habiturus. Sed magis fortasse cōuenerit, ut  
pueri puerum admiremur, quandoquidem hic quoq; stu-  
pendus occurrit, usque adeo, quod illius est infimum, sub-  
limius est ijs, quæ sunt apud homines excelsissima. Quā-  
tus erat ille, quem infantulum uagientem, pannosum,  
abiectum in presepe, tamen cœlitus canunt angeli, ado-  
rant pastores, adorat et quæ genuit, agnoscunt bruta  
animantia, indicat stella, ueneratur Magi, timet rex He-  
rodes, trepidat omnis Hierosolyma, sanctus amplectitur  
Symeon, uaticinatur Anna, in spem salutis eriguntur  
pij? O' humilem sublimitatem, et sublimem humilitatem.  
Si noua miramur, quid simile unquam aut factum, aut au-  
ditum, aut cogitatum? Si magna suspicimus, quid nostro  
Iesu modis omnibus amplius, quæ nulla creatura posset  
uel exprimere uoce, uel cogitatione cōciper e. Huius ma-

Cognitu-

## DE P V E R O I E S V

dinem, qui uelit oratione cōplete, is multo stultius agat; quam si conetur uastissimum oceanum angusto exhaui re cyatho. Adoranda est eius immensitas magis quam ex= plicanda, quam uel hoc ipso magis mirari conuenit, quo minus assequimur. Quid ni nos id faciamus? Cū magnus ille præcursor indignum sese pronuntiet, qui corrigit calciamentorum eius soluat? Agite igitur pueri suauissi= mi, hoc tam inclito puero I E S V præceptore, hoc tam insigni duce sancta superbia gloriemur, huius sublimi= tas nobis ad pie audendum animos addat, in hoc uno no= bis ipsi placeamus, ut existimātes illius omnia nobis esse communia nos ipsos meliores arbitremur, quam qui se= meltali addicti imperatori, mūdouitijsūe, fordidissimis utiq; dominis seruitamus.

## SECVNDA PARS.

Ed admirantur & contremiscunt etiam demo=  
5 nes, amant soli pīj. Quamobrē altera huius oratio  
nis pars, ut proprius ad nos pertinet, ita est atten= tioribus auribus acapienda. Videlicet quot nominibus  
Iesus sit nobis amādus, uel redamandas magis, ut qui nos  
et nondū cōditos ante omne tēpus amarit in se, in quo iā  
tū erāt omnia. Itaq; nativa sua bonitate cū nihil essemus,  
nos finxit, finxit autē non quoduis animal sed hominem,  
& finxit ad sui ipsius imaginem, hoc est summi boni ca= paces, ac sacro sui oris afflatu spiritum uitalem indidit.

Adhaec

Ad hæc cæteris animantibus iperio nostro parere iussis.  
 Quinetiā angelis i nostri tutelā designatis, latissimā hāc  
 ac pulcherrimā mūdi fabricā nostris addixit usibus. In  
 qua nos uelut inadmirabili quodā theatro cōstituit, ut in  
 rebus creatis opificis sapientiā admiraremur, bonitatē  
 amaremus, potetiā ueneraremur, quoq; id magis fieret,  
 tot sēsū administralis i struxit, tot animi dotibus ornauit,  
 tā perspicaci ingenij lumine cōdecorauit. Quid hoc ani  
 mante fungi poterat uel admirabilius uel felicius? Sed o  
 semper felicitatis comitem inuidiam, Rursum serpentis  
 astu in peccatiū, hoc est plusquam in nihilum relapsus est  
 miser. Sed hic tur rursum optime I E S V , quā ineffabili  
 cōsilio quām in audito exēplo, quām incōparabili chari  
 tate, tuum figmentū restituisti? Nā ita restituisti, ut labi  
 propemodū expedierit, eamq; culpā quidam non absur  
 de felicē uocauerit. Omnia debeamus cōditori, at repa  
 ratori plusquam oia debemus. Ultro temetipsum ē regno  
 patris in hoc nostrū exilium demisisti, ut nos i paradiso  
 exactos, cœli ciues redderes, nostrā humanitatē assu  
 psisti, ut nos in tuae diuinitatis cōsortium ascisceres, no  
 strū hunc limū induisti, ut nos imortalitatis gloria uesti  
 res, nostra tectus forma, nobiscū i hoc calamitoso mūdo  
 complures annos agere uoluisti, ut uel sic in tui raperes  
 amorē, nudus in hāc lucē, imd noctē emeristi, nobiscū,  
 atq; ad eo p nobis uagisti, sitisti, esuristi, alisti, aestuasti,  
 laborasti, delassatus es, eguisti, uigilasti, iejunasti, tot ma

## DE PVEROIESV

lis nostris obnoxius esse uoluisti, ut nos, ab omnibus excep-  
tos malis, in tui, hoc est summi boni cōmunionem asse-  
reres. Dēinde per omnē sanctissime uitæ tuae seriem, quā  
efficacibus exēplis anīos nostros inflamas? quā salutari-  
bus p̄ceptis erudis, ac formas? quā stupēdis miraculis  
expergefasis? quā blādis monitis trahis? q̄ certis p̄missis  
inuitas? ut non sit alia cōmodior uia ad te, nisi per teipsū  
qui iunus es, uia, ueritas, & uita. Sed uia nō indicasti mō  
uerū etiā aperuisti dū p nobis uinciri, trahi, dānari, ride-  
ri, cādi, cōspui, uapulare, pbris affici, demū et in arā cru-  
cis agnus sine macula imolari uoluisti, ut nos tuis uinculi  
solueres, tuis sanares uulneribus, tuo lauares sanguine,  
tua morte ad immortalitatē ueheres. In summa totū te no-  
bis ipendisti, ut tui (si fieri posset) tactura nos peditos ser-  
uares, uitæ redditus, toties tuis apparuisti, atq; illis ituē-  
tibus patrem repetisti, ut membra considerent cō se per  
uentura, quō caput iam p̄ceſſisse conficerent. Dē-  
inde quo magis confirmares amicos, patre placato egre-  
gium illud perpetui amoris tui pignus misisti, sacram  
illum sp̄iritū, quo mortui mundo longe uerius ac felicius  
iā uiuere mus in te, quā nostro hoc sp̄iritu uiuimus. Quæ  
so qd his summe charitatis argumentis poterat accede-  
re? Ne h̄ec qdem tam multa, tā magna flagrantissio tuo  
in nos amoris sat erāt. Quis enim cōmemorare pos̄it, qd  
martyrū mortibus nos ad huius uitæ cōtemptū dīas: quot  
uirginum exemplis ad continentia dāendis: quot sancto-  
rum

rum monumentis ad pietatem sollicitas? quam admirans ecclesiae tuae sacramentis communis pariter ac ditas ut consolaris, erigis, armas, doces, mones, trahis, rapis, mutas, transformas nos arcanis tuis literis, in quibus uias quasdam tui scintillulas condiduolusti, magnum amoris incendium excitaturas, si quis modo pia diligentia conetur excutere. Denique quam undique nobis obuius es, ne quando liceat obliuisci tui. Ad haec quam paternae toleras peccantes? quam clementer recipis ad te redeentes? Nec imputes benefacta tua gratis, nec resipiscientibus nostra imputas malefacta, ut subinde tacitis uellucas, ac trahis instinctibus, ut emendas aduersis? ut allicis prosperis, ut omnem moues lapidem? ut nusquam ceſsat ardentiſima charitas in fouendis, aſſerendis, tuendis, beandis nobis? Sed quam pauca de tam innumeris perſtrinximus comilitones, & tamen uidetis quam ſit immensus beneficiorum aceruus. Eat nunc qui uolet, & Pyladas, Orestes, Pirithoos, Theseos, Damonas ac Pythias uerbis phaleratis efferat mera præhis nugamenta. Atque haec quidem contulit ultro nihil promeritis, immo trans fugis atque hostibus, & à quibus nihil omnino mutui beneficij redire poterat. Si mediocribus officiis homines ad amandum hominem accendimur hunc conditorem, uindicem, ſic amantem, ſic promeritum, non ſaltem redam ab imus? quandoquidem hanc ſolam gratiam ille à nobis reponcit quam tamen ipsam in noſtrum refundit lucrum. Adamas

DE P V E R O I E S V

sanguine mollescit hircino, aquila, leones, pardi, delphini,  
drácones agnoscunt, ac referunt beneficium, & ó  
duritam cordis humanu, plusquā adamāt in am, si tā in au  
dita charitate non mitesat, ó ingratitudinem plusquam  
beluina, si tantorū meritorum potest obliuiscā. ó singula  
rem impudentiam, dicam an potius dementiā, si sic con  
ditus sic restitutus, sic locupletatus, tanta obrutus benefi  
centia, ad tātas uocatus spes, quicquā amare potest, præ  
ter illum unum, in quo, & à quo sunt omnia. quiq; no  
bis omnia secū impertit. Porro aut̄ quanquā hæc morta  
lis omnis cōpletebitur, tamen nos illi peculiariter debe  
mus, propterea quod in nostrū, hoc est puerorum ordi  
nem singulari quadā propensione, atq; indulgentia suis  
se se pluribus declarauit argumentis. Primū, quod ita  
ut erat uatum oraculis promissus, puer parvulus nasci  
uoluit cum eſet immensus. Præterea quod adhuc uteri  
uirgine latebris inclusus, infantis item nondum nati ge  
stu. atq; exultatioē gauisus est salutari. Dēnde qd' sta  
tim innocentū puerorū sanguine. suā nativitatē uoluit  
cōsecrari. ut his quasi uelitibus dux inuictus bellū auspi  
caretur. Adde his quod instantे morte triumphali. Hie  
rosolymā ueniens puerorū occursu atq; officiō decorari.  
puerorum uoce suas laudes decantari maluit. Iam uero  
quām amantē. quamq; solicitum puerorum patronum  
agit: cū matribus infantes suos offerentibus. ut IESV cō  
taclu cōsecrarentur. discipulis ne poſtent admitti uetan  
tibus

tibus indignans. Sinite (inquit) paruulos uenire ad me. Neq; uero pueris benedixit tan. ū. uerū etiā negat ulli mortaliū aditū patere in regnū cœlorū, nisi q; ad paru-  
lorū formā descēderit. Rursum quā amāter & illud: cū  
tā grauiter deterret ab offendēdis pusillis. affirmās ma-  
gis expedire. ut molari saxo collo alligato præceps i mā-  
re detur aliqs, quā ut unū quēlibet ex his paruulis offe-  
dat. Atq; his quā insigne addidit elogium ad puerorū com-  
mendationē? Amē dico uobis, angeli eorū semper uident  
faciē patris. Gratias agit tibi tuus, tibiq; dicatus grex IE.  
SV præceptor, cui queso, ut sacras tuas manus semp ad  
mouere uelis, & ab omni scādalo procularceas. Quid  
illud: nōne magnū amoris indicium, cū puerū in medio col-  
locatū discipulis eū exemplū proponit? Nisi inquiēs, co-  
uersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, nō intra-  
bitis in regnū cœlorū. An nō eodē pertinet: cū Nicode-  
mo sciscitanti, qua uia poshit ad uitā immortale ptinge-  
re, iubet ut denuo renascatur, hoc est in puerum redeat,  
Vſq; adeo Christo duci nostro placuit infantia, ut senes  
etiā cogat repuerascere, si modo uelint in illius admitti  
cōsortiu, extra quē nulla salutis spes ē. Neq; uero à Cri-  
sto dissonat Petrus, cū admonet, ut tāquā nuper æditi ut  
fantes lac cōcupiscamus. Neq; discrepat Paulus. Filioli  
mei, inqens, quos iterū pturio donec formetur Christus  
in uobis. Idē puulos in Christo lacte potat. Multa sunt id-

## DE P V E R O I E S V

genus loca in mysticis literis. Omnino Christianismus nihil aliud est quam renascentia, quam recuperascētia quædam. Magnum igitur pueri, magnum pueritiae sacramentum, qua IESVS tantopere delectatus est. Non contemnamus etatem nostram quam uerus ille rerum æstimator tanti fecit. Tantum demus operam, ut eiusmodi simus pueri, cuiusmodi diligit IESVS. Diligit autem innocuos pueros, dociles, simplices, atq; illud iterim me minerimus hanc Deo gratam pueritiam, non in annis esse sitam, sed in animis, non in temporibus, sed in moribus. Est enim prepostern quoddam, nobisq; magnope refugiendum puerorum genus, qui mento leui, mente sunt hirsuta, & etate impuberes, uitiosa astutia senes sunt. Est igitur nouum quoddam pueritiae genus, quod à Christo probatur, pueritia citra puerilitatem, & omnino senilis quædam pueritia, quæ non annorum numero constat, sed innocentia, sed ingenij simplicitate. An nō id palam indicat Petrus cum ait. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulaciones, & inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescat in salutem. Cur addidit rationabile, nempe ut excluderet stultitiam, quæ huius fere etatis consueuit esse comes. Cur detrahit inuidias, simulationes, acre liqua id genus uitia, quæ senum sunt quasi peculiaria? minirum ut intelligeremus Christi pueros simplicitate

ac puritate

ac puritate estimare, non natalibus. Adeundem modum & Paulus. Malitia inquit, parvuli estore, sensibus autem perfecti. Quanquam est omnino in ipsa pueroru[m] ætate nativa quædam bonitas, ac uelut umbra quedam, ac simulacrum innocentie, uel spes potius atq[ue] indoles futurae probitatis. Mollis, & in quemuis habitum se= quax animus, pudor optimus innocentie custos, inge= nium utiis uacuum, corporis nitor, ac ueluti flos qui= dam uernantis æui, & nescio quomodo quiddam spiri= tibus cognatum ac familiare. Neq[ue] enim temere fit, ut quoties apparent angeli, puerili specie sese offerant oau= lis, quinetiam Magi si quando suis in cantamentis spiri= tum eliciunt. in puerile corpus feruntur accersere, at quanto libentius spiritus ille diuinus, piis ac sanctis euo= catus uotis. in huiusmodi domicilia demigrabit? Ergo adhas naturæ dotes si acceſſerit summi illius & abſo= lutu pueri imitatio. tum demum & grati in illum & illo digni pueri uidebuntur. Eterim sic promeritum quis poſſit non amare? Verum enim uero ea ueri amo= ris uis est, ut eius quod ames quam simillimus eſe cu= pias. Quod si in nobis efficit amor humanus, quan= tum emulandi ſtudium excitabit amor diuinus, cui ille collatus uix amoris umbella eſt? Proinde ſi uere atq[ue] ex animo non uerbotenus IESVM amamus, IESVM pro noſtra uirili conemur exprimere, uel potius in illu[m] traſ= formari. Quod ſi uitrum aſsequi non poſſumus, ſaltem

C S pueri

DE P V E R O I E S V

pueri puerum imitemur. Quanquā hoc ipsum facinus  
est, haud quaquā puerile, Imò senilibus etiā uiribus ma-  
ius, sed quod fere nusquā succedit felicius quā in pueris  
Etenim quoties negotiū ab humano pendet præsidio, tū  
robur, etas, sexus expendi: ur, uerū ubi gratiæ res agitur  
non naturæ, tum hoc efficacius exerit se: miraculū spi-  
ritus, quo minus erat opis, ac fiduciae in carne. Denique  
quid dubitemus, aut diffidamus: ipso formate, fingente,  
ac transformante nos, quem conemur exprimere? Quis  
Danieli puerο tantum addidit prudentie? quis puerο Sa-  
lomoni tantum tribuit sapientie? quis tribus illis pueris  
tantū adiunxit tolerantie? quis puerum Hely dignum di-  
uino fecit alloquo? quis Nicolao puerο? quis Egidio? qs  
Benedicto? quis Agneti? quis Cæciliæ? quis tot tam tene-  
ris uirgunculis, tam masculam atq; inuictam uirtutē de-  
dit? Profecto non natura, sed gratia, & ubi minus succur-  
rit natura, ibi mirabilius operatur gratia. Hac igitur fre-  
ti, magno animo studium & mulandi puerum Iesum ca-  
pessamus, nec unquam oculos ab eo uelut à scopo desle-  
ctamus. Absolutum exemplar habemus, nihil est quod ali-  
unde petere oporteat. Omnis illius uita, quid nos sequi  
debeamus, clamitat. Quid autem docuit puer ille puris  
simus, de purissima uirgine natus? nisi ut omnem huius  
mundi spurcitia, & inquinamenta uitemus, atq; angeli  
eam quandā uitā iā nunc in terris meditemur, hoc est id  
esse meditemur, quod illic semper sumus futuri. Porro  
spiritus

Spiritus IESV cum omniis sordes auersatur, & odit, tu  
principue beluinam illam, & prorsus homine indignam  
libidinem. Quid aut docuit nos, natus peregre, editus in  
tuguriolo, abiectus in presepe, pannis inuolutus? nisi ut  
semper meminerimus nos hic paucorum dierum hospites esse,  
utque calcatis opibus, spretis modi falsis honoribus, pro  
labores ad coelestem illam patriam expediti festinamus, in  
qua iam nunc animo uiuamus oportet, etiam si corporeis in= terim pedibus terram cottingimus. Rursum quod admonuit  
in Aegyptum aufugiens? nisi ut inquatorum commercium modis  
omnibus deuitemus, qui IESVM in nobis, hoc est innocē  
tiam, ac modi neglectum conatur extinguere. Quid uero  
docuit circunfusus, nisi ut omnis carnis affectus ad  
Christum properatibus obstrepet amputemus, ac tamquam  
in nobis ipsis mortui solo IESV spiritu ducamur, ac ue=  
getemur? Quid docuit oblatus in templo nisi ut totos nos  
ab ipsa iam infantia Deo rebusque sacris dedicemus, con= secremusque, ac protinus receti adhuc metis testam IESVM  
imbibamus? Neque enim illa etas ad descendam pietatem im= matura est, immo non est alia magisteria pueri ad discendum  
Christum, quam ea que mundum adhuc nescit. iam ipsi  
apud uos estimate pueri, Puer ille sic natus, sic Deo di= catus, quam sanctis studiis tota pueritia traheretur. Non otio  
non cibo, non somno, non ieiunis lusibus, non stultis fabulis, non  
euagatioibus, quemadmodum puerorum uulgaris facit, sed aut

## DE PVERO IESV

Ventum obsequis , aut sacris orationibus , aut auscultā  
dis doctoribus , aut piis meditationibus , aut sanctis ac  
seriis cum æqualibus pueris colloquiis . An non hæc ,  
& multa similia summatim complexus est sanctus Lu-  
cas ? cum scribit ad hunc modum . Puer crescebat , &  
confortabatur plenus sapientia , & gratia dei erat in  
illo . An non palam uidetis nouum pueritiae genus ? De  
pristinis pueris dictum est . Stulticia colligata est in cor-  
de pueri . De novo hoc auditis , plenus sapientia . Quid  
adhuc etatis inscitiam præteximus , cum audiamus non  
sapientem , sed plenum sapientia puerum ? Videte ut  
omnem rerum ordinem hic puer inuertit , qui loquitur  
in Apocalypsi . Ecce ego noua facio omnia . Perditur sa-  
pientia senum , ac prudentia prudentium reprobatur ,  
ac pueri implentur sapientia . Num irum hoc nomine gra-  
tias agens patri . Quoniam inquit , abscondisti hæc à sa-  
pientibus , & reuelasti ea parvulis . Porro ne stultam hu-  
ius mundi , ac fucatam sapientiam affectaremus , proti-  
nus adiecit . Et gratia dei erat in illo . Is uero demum  
sapit , qui mundo desipit , & nihil nisi Christum sapit .  
Is non è philosophorum libris , non è scoticis argutiis ,  
sed sincera fide cognoscitur , sive tenetur , charitate de-  
uincitur . Iam uero quæ multa docuit nos ? Vbi duode-  
cim natus annos , à parentibus furtim subducit se , ne  
inter notos quidem , ac propinquos repertus , post tri-  
duum deniq; inuentus est . Sed ubi tandem inuentus ? Nū  
in circulis

In circulis? num in choris? num in uitis aut foro? Audite pueri, ubi repertus sit IESVS relictis parentibus, quodā modo fugitiuus, & ubi uos uersari conueniat intelligatis. In templo inquam inuentus est, in medio doctorum sedens, audiens illos, ac uicissim interrogans. Quid ducit nos IESVS his tam admirandis factis? Non dubium quin rem magnam, rem seriam, rem imitandam docuerit. Quid autem? quid? nisi ut grandescente in nobis Christo, quandoquidem & in nobis nascitur, & habet suos aetatum gradus, donec occurramus in uirum perfectum, & in mensuram plenitudinis eius. Ergo cum grandescit in nobis, docet ut naturales parentum & amicorum affectus in Deum transferamus, nihil hic amemus, nihil miremurs, nisi in Christo, & Christum in omnibus. Meminerimus nos uerum patrem, patriam, cognatos, amicos habere in coelis. Verum ne quis imaginetur hunc parentum neglectum, fastum, aut inobedientiam sapere, consequitur. Et erat subditus illis. Immo nemo suos parentes uerius amat, nemo magis pie colit, nemo obseruantius morem gerit, quam qui sic contemnit. Quid autem est sedere in templo, nisi in rebus sacris conquiescere, & ad discendum animum ab omnibus tranquillum curis adferre? Nihil autem uitiis est turbulentius, & otium ac quietem amat sapientia. Iam à quo tandem nos grauemur discere, quam attentas aures preceptoribus prebere conuenit, cum puer ille cœlestis, sapientia

dei

## DE PV PRO IESV

dei patris, in medio doctorū sedeat, audiens uicissim ac respondens, sed ita respondens, ut omnes eius sapientia admirarentur. Neque id mirum, cum is esset, ad quem omnis mundi sapientia stulta est. Præclarares legum prudentia, egregia res philosophiae cognitio, suspicenda res theologie professio. Verum si quis IESVM audit, illico stultescunt omnia. At nostra responsio, si sapientiae miraculum excitare non potest, certe sapiat modestiam, sonet innocentiam. Rursum obsecro, quām morigeros, quām obsequentes nos esse decet parentibus ac præceptoribus, quos potiores ueluti ingenii parentes habemus, posteaquam ille dominus omnium, cum à parentibus non intelligeretur, tamen subditus illis redierit in Nazareth. Debetur hoc pietati, debetur parentum reuerentiae, ut aliquoties illorum uoluntati cedamus, etiam si nos meliora uiderimus. Sed iam operæ premium est audire, quām apto fini Lucas IESV pueritiam concluserit. Et IESVS (inquit) proficiebat sapientia ætate & gratia apud Deum, & apud homines. Quām multa, quām paucis nos docuit? Primum cum ætatis accessione, pietatis item accessionem oportere copulari, ne illud in nos iure dici possit, quod in hominum uulnus diuinus dixit Augustinus. Qui maior est ætate, maior est iniquitate. Neue in hoc pulcherrimo ærtamine unquam restemus, aut nos asecutos arbitremur sed in morem aurentium in stadio, à ter-

go relictæ negligentes, in anteriora nitamur, ac semper à bonis ad meliora, à melioribus ad optima proficie re conemur, donec ad metam, hoc est huius uite finem peruentum erit. Socrates iam admodum senex, perinde quasi nihil saret, ita semper & à quouis discere stiebat. Itidem & nos quo magis in Christo fuerimus hoc minus nobis placebimus, si modo uere in illo fuerimus progressi, adeo φιλαυτία pestis est & studiorum & pictatis. Ac iuxta Fabium, præcox illud ingenuorum genus, non temere peruenit ad frugem uel eruditio[n]is, uel innocentiae. Evidem nec ordinem otiosum esse puto, apud Deum, et apud homines, Ut intelligamus in primis dandam operam, ut uita nostra Deo placeat. Id agentes, humanus fauor ultro consequetur. Ni hil enim uirtute pulchrius, nihil amabilius, quam laus hoc magis sequi solet, quo minus appetitur. Paucis, ut potuimus uobis expressimus exemplar Pueri, quem et amare plurimum, & imitari studiosissime debemus. Atq[ue] omnino tantum uidebimur amare, quantum fuerimus imitati. Rursum tanto plenius imitabimur, quanto amabimus ardenter. Promde hoc ipsum ab illo quotidianiis ac puris preabus flagitemus, ut nobis donec amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc est castos, pueros, incontaminatos, mutes, simplices, tractabiles, expertes sua, ignaros dolii, nescios inuidiae, parentibus morigeros, præceptoribus dicto audientes, mundi contemptores,

D E P V E R O I E S V

temptores , rebus diuinis addictos, piis literis intentos  
nobis ipsis quotidie meliores , probatos , superis, gra=  
tos hominibus, odore bonae fame quā plurimos ad Chri=  
stū alliciētes . Hęc iquā assidue flagitemus, hęc manib⁹  
pedibusq; conemur, dū habilis etas, breui alioq; fugitura  
Etenī si recte monuit Fabius, Optia statim ac primo di  
scenda . Quid prius disci debet, quām Christus, quo  
nihil est melius ? Immo quid aliud discere oportet Chri  
stianum quām cum uirum , quem noſſe, uita est æternas  
quemadmodum ipſe testatur, Patrem orans in euāgelio  
Id si curabimus, ut cunque pro uirili gratiam referemus,  
tam singulariter de nobis merito, & illi refrendo gra  
tiam, ipsum nobis lucrificiemus . Referemus autem hoc  
pleniū, quo uehementius redamabimus . Porro hoc ma  
gis illum redamabimus , quo magis uita ac moribus ex=  
primemus . Iam quo magis exprimemus, hoc magis ipſo  
locupletabimur.

T E R T I A P A R S .

At interim nonnullis forsitan succurret animo, due  
ram hanc eſſe militiam, repudiatis omnibus, cum Chri  
sto crucem tollere . Sed memineritis fratres dilectissi  
mi, longe diuersam mundi & Christi eſſe naturam.  
Mundus ceu fucata meretrix, prima fronte blandus no  
bis, & aureus occurrit, postea quo ingrediare altius,  
quo propius inspicias , hoc magis ac magis tetra, puti  
da,

da, fellita sunt omnia. Ediuerso Christus procul intus  
entibus durior apparet, dum crucis uidemus, dum uo=  
luptatum ac uitæ contemptum. Verum si quis fidenti  
animo totum se in illum reijsiat, reperiet nihil esse  
mollius, nihil expeditius, nihil dulcius. Nisi forte ue=  
rum non dixit ueritas in Euangeliō, cum ait. Tollite iu=  
gum meum super uos, & inuenietis requiem animabus  
uestris, iugum enim meum suave est, & onus meum le=ue. Hæc nimirum uere est ardua uirtutis uia, quam & o=lim tanto ante Christum, utcunque somniauit Hesiodus, primo aditu asperior, progressu semper et facilior,  
& amœnior. Sed quid tandem asperum uideri potest, quo ad tam ingens, tam certum itur premium? Si iuxta Sapientis dictum, spes premij minuit uim flagelli, quis in hac momentanea uita, non leue, nō dulce iudicet, quo celestem illam, et nunquam desitiram sibi paret uitam, æternum regnare cum Christo, assidue summum illud intueri bonum, uersari in angelorum contubernio, ab omni malorum metu procul abesse? Quis oro tantum hoc premium, nō uel sexcentis mortibus emptum uelit? Atqui hoc tatum donatiuum pollicetur militibus suis Imperator noster I E S V S, qui neque fallere potest, neque mentiri nouit. Iam apud uos metipso expedite fructus, æternitatem, ac magnitudinem, contra quam breue hu=ius militiae tempus nimirum haud longius ipsa uita, quæ quid aliud est, quam uapor ad exiguum tempus appa=

Drens

## DE PVERO IESV

rens, aut unius horæ somnium? Sed age dum de hoc  
interim inestimabili premio sileamus, atque inspicia-  
mus quam abunde magna mercede dux noster militum  
suorum labores etiam in hac uita compenset, quamque  
disparem metant messem, qui mundo militant, & qui  
merent sub Christo IESV. Audiamus quid ipsi di-  
cant impij in libro Sapientiae. Lassati sumus in via ini-  
quitatis, & perditionis, ambulauimus uias difficiles,  
uiam autem domini ignorauimus. Illectat mundus fu-  
catis bonorum simulacris, que nihil aliud sunt, quam  
mellita uenena, mox extractos, & uelut inauictatos.  
deum immortalem, in quas curas, quas sollicitudines,  
quas turbas, quae dissipendia, quae dedecora, in quam con-  
scientiae mentis carnificinam, in qua infeliciem exitum,  
muscros adducit? Ut hic quoque iam abunde magnas  
impietatis poenas dedisse videantur, etiam si nulli con-  
sequantur inferi. Atqui reiectis mundi fucis, in IES-  
V M, hoc est summum bonum, omnem amorem, au-  
ram, studium que transferunt, totique ab illo pendent,  
iij iuxta promissum Euangelicum, non modo uitam æter-  
nam posse debunt, uerum etiam in hoc sæculo centuplum  
accipient. Quid est autem accipere centuplum? Nempe  
pro fucatis bonis uera, pro incertis certa, pro fluxis  
æterna, pro ueneno tinctis sincera, pro curis otium,  
pro solitudine fiduciam, pro turbulentia trāquillitatem,  
pro dissipendijs utilitatem, pro flagitijs integratatem,

pro

Pro conscientie cruciatu, secretum & ineffabile gau-  
dium, pro turpi atque infelici exitu, gloriosam ac trium-  
phalem morte. Spreuisti diuitias amore Christi, in ipso  
ueros inuenies thesauros. Reiecisti falsos honores, in  
hoc longe eris honoratior. Neglexisti parentum affe-  
ctus, hoc indulgentius souabit te pater uerus, qui est in  
coelis. Pro nihilo habuisti mundanam sapientiam, in  
Christo longe uerius sapies, ac felicius. Aspernatus es  
pestiferas uoluptates, in ipso multo alias inuenies deli-  
tias. Breuiter ubi arcanas illas, sed ueras opes Christi,  
dispulsa mundi caligine uideris, omnia, quæ prius ar-  
ridebant, quæ sollicitabant, ea non solum non admira-  
beris, sed perinde ut pestes quasdam fugies, reijcies, ad-  
uersaberis. Fit enim mirum in modum, ut simul atque  
cœlestis illa lux animos nostros penitus attigerit proti-  
nus noua quedam rerum omnium facies oboriatur. Itaque  
quod paulo ante dulce uidebatur, nunc amarescit. quod  
amarum, dulcescit, quod horrendum, blanditur. quod  
blandiebatur, horrescit. quod splendidum antic, nunc  
sordidum. quod potens, infirmum. quod formosum, de-  
forme. quod nobile, ignobile. quod opulentum, egenum.  
quod sublime, humile. quod lucrum, damnum. quod sa-  
piens, stultum. quod uita, mors. quod expetendum, fugi-  
endum. & contraria. Ut repente mutata rerum specie,  
nihil minus esse iudices, quam id quod esse uidebantur.  
Ergo in uno Christo compendio, ac uerareperiuntur

D 2 omnia

## DE PVERO IESV

omnia bona, quorum inanes ac mendaces imagines, & umbras, & præstigias, mundus hic ostendit, quas miserum mortalium uulgas tanto animi tumultu, tantis dissipendijs, tantis periculis, per fas nefasq; persequitur. Quam obsecro beatitudinem cum hoc animo conferre queas: qui iam liber sit ab errore, liber ab affectibus, securus semper gaudens ob testimonium conscientiae, nulla de re sollicitus, altus, sublimis, ac coelo proximus, iamque supra sortem humanam, qui in Christo excelsissima petratrix, omnes huius seculi fucos, tumultus, procellas ex alto rideat, negligat, uel potius commiseretur. Quid autem timeat is, qui propugnatorē habeat Deum, ignominiam? At summa est gloria pro Christo ignominiam pati, Paupertatem? At opum sarcinam lubens abiicit, quisquis ad Christum properat, Mortem? At ea maxime in uotis est, per quam scit se ad immortalē uitam esse trāsmittendum. Qua de re sit sollicitus, cuius pater cœlestis etiam pilo habet annumeratos? Quid autem cupiat is, qui in Christo possidet omnia? Quid enim non commune membris & capiti? Iam uero quanta est hominis non modo felicitas, uerum etiam dignitas, uiuum esse membrum sanctissimi corporis ecclesiæ, idem esse cum Christo, eandem carnem, eundem spiritum, communem cum illo habere patrem in cœlis, Christum habere fratrem, ad communem cum illo hereditatem destinatum esse, breuiter iam non hominem esse, sed Deum? Adde his gustū quendam felicitatis futurū

tis futuræ, quem piæ mentes subinde percipiunt. Hæc nimirum uiderat, hanc senserat propheta, cum ait. Nec auris audiuit, nec oculus uidit, nec in cor hominis ascensit, quæ præparasti Deus diligentibus te. Proinde charissimi sodales, si dabimus operam, ut uere Christi membra simus, iuxta illud propheticum dictum. Iustus ut palma florebit, etiam in hac uita perpetua quadam adolescentia uernabimus, non animo tantum, uerum etiam corpore. Etenim quemadmodum floribus ille IESV spiritus in nostrum spiritum redundabit, ita noster uicissim in suum corpus influet, & quoad fieri potest, in se transformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor uestium fordes ferre. Nam animus noster habitaculum est dei, animi domicilium est corpus, porro uestis & ipsa corporis, quodammodo corpus est. Ita fiet, ut capitis puritati totus homo respondeat, donec peracta hac uita ad immortalitatem traducatur;

## E P I L O G V S .

Agite igitur optimi commilitones, ad hanc tātam fœlicitatem, summis uiribus enitamur, ducem nostrum IE SVM unum admiremur, quo maius nihil esse potest, immo sine quo nihil est omnino magnum. Hunc unum amemus, quo nihil esse melius potest, immo extra quem nihil

est

DE P V E R O I E S V

est omnino bonum. Hunc imitemur, qui solus est uerum.  
Et absolutum pietatis exemplar, extra quē quisquis sa-  
pit, desipit. Huic uni inhēramus, hunc unum amplecta-  
mur, hoc uno fruamur, in quo est uera pax, gaudiū, trā-  
quillitas, uoluptas, uita, immortalitas. Quid multis? Sū  
mabonorum est omnium. Extra hunc nihil suspiciamus  
nihil amemus, nihil appetamus, huic uni placere studea-  
mus. Meminerimus nos sub illius oculis, et illius angelis  
testibus, quicquid agimus agere. Zelotypus est, nec ullas  
mundi sordes patitur. Quare puram & angelicam in il-  
lo uiuamus uitam, ille sit nobis in corde, in ore, in omni  
uita. Hunc penitus sapiamus, hunc loquamur, hunc mo-  
ribus exprimamus. In illo negotium, otium, gaudium so-  
latium, spem, præsidium omne colloquemus. Hic  
à uigilantium animis nunquā discedat, hic  
dormientibus occurset. Hunc et lite  
ræ nostræ, & lusus etiam sa-  
pient, per hunc & in  
hoc crescamus  
donec  
oc=  
curramus in ui-  
rum perfectum, &  
gnauiter obita militia, per-  
petuum cum illo triumphum aga-  
mus in cœlis.

Dixi;

# D. ERASMI

ROTERODAMI, VTRIVSQUE  
*linguae doctissimi, Expostulatio IESV,  
 cum homine suapte culpa  
 percunte,*

Vm mihi sunt uni bona, que uel  
 frondea tellus,  
 Vel olympus ingens continet,  
 Dicite mortales, quæ uos deme  
 tia cœpit?  
 Hæc auupari ut undeuis  
 Malitis, quam de proprio depo  
 scere fonte,  
 Adeo benigno, & obuios  
 Mendacesq; iuuet trepido, miseroq; tumultu  
 Vmbras bonorum persequi?  
 Pauci me, qui sum ueræ largitor & author  
 Fœlicitatis, expetant?  
 Forma rapit multos, me nil formosius usquam est;  
 Formam ardet hanc nemo tamen.  
 Sufficiunt Ceras, antiquaq; stemmata multi,  
 At me quid est illustrius?  
 Ut qui sim genitore Deo Deus ipse profectus;

D 4 Genitrix

DE P V E R O I E S V

Genitrice natus uirgine.  
Vnde sit, ut mecum uix gestiat unus & alter,  
Affinitatem iungere?  
Maximus ille ego sum coeliq; soliq; monarcha,  
Seruire nobis cur pudet?  
Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti,  
Rogari amo, nemo rogat.  
Sumq; uocor q; patris summi sapientia, nemo  
Me consulit mortalium.  
Ipse ego sum etherei splendorq; decusq; parentis,  
Me nemo stupet, aut suspicit.  
Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,  
Me pariter, ac meas opes.  
Candidus, atq; lubens charis impertio, nemo hanc  
Ambit necessitudinem.  
Sum uia, qua sola coeli itur ad astra, tamen me  
Terit uiator infrequens.  
Cur tandem ignorarum dubitat mihi credere uulgus?  
Aeterna cum sim ueritas.  
Pollutatis cur stulte meis diffidere perstase?  
Cum sit nihil fidelius.  
Author ad haec uitæ cum sim unius, ipsaq; uita  
Cur sordeo mortalibus?  
Lux ego sum, cur huc uertunt sua lumina pauca?  
Dux, cur grauantur insequi?  
Vixendi recte certissima regula solus,

Aliunde

Atiunde formas aur petunt?  
 Ipse ego sum solus uera, & sine felle uoluptas,  
 Quid est quod ita fastidior?  
 Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri,  
 Curas edaces pectoris?  
 Si benefacta truces etiam meminere leones,  
 Referuntq; beluae uicem,  
 Respondere feri merito didicere dracones,  
 Si meminit officij canis,  
 Si redamant aquilæ, redamant delphines amantem,  
 Cur efferratior feris,  
 Me me non redamas homo? Cui semel omnia feci.  
 Quem condidi, quem sanguine  
 Afferui proprio, propriaq; à morte recepi  
 Dispensio uitæ uolens.  
 Si bos agnoscit dominum, si brutus asellus  
 Agnoscit altorem suum,  
 Cur me solus homo male gratus noſſe reauſas,  
 Et conditorem, & uindicem?  
 Vnus ego hic tibi sum cunctorum summa bonorum,  
 Quid est quod extra me petas?  
 Quorūsum diſtraheris per tot diſpendia, graſſans,  
 Laboriosa inertia?  
 Sum placabilis, & pronus misereſcere, quin hoc  
 Miser ad aſylum confugis?  
 Idem iuſtus, & implacabilis ultor iniqui,

D E P V E R O I E S V

Cur non times offendere?  
Corpus ego, atq; animum nutu sub tartara mitto,  
Nostrum metus uix ullum habet.  
Proinde mei desertor homo, secordia sit  
Adducet in mortem tua,  
Præteritum nihil est, in me ne reijce alpam,  
Malorum es ipse authort tibi.  
Nam quid adhuc supereft: sit neq; prouocat ardens  
Suiq; prodiga charitas,  
O' bis marmoreum pectus, neq; mitigat unquam.  
Adeo profusa benignitas.  
Si neq; tantarum spes uel certissima rerum  
Expergeficit, & allicit.  
Si neq; tartareæ cohabet formido gehennæ,  
Nec ullus admonet pudor.  
Immo si durant magis hec, adduntq; stuporem.  
Tam multa, tamq; insignia,  
Ut facile immanesq; feras, chalybemq; petramq;  
Rigore uicto moliant.  
Quid faciat pietas, quibus artibus abstrahat ultro  
Deuota morti pectora?  
Inuitum seruare, nec est mentis (puro) sanæ,  
Et patria prohibet æquitas;

IMAGO PVERI IESV PO=  
sit in ludo literario, quem nuper  
instituit Coletus.

Discite me primum pueri, atq; effingite puris  
Moribus, inde pias addite literulas.

## CARMEN PHALECIVM.

Sedes hæc pueros sacra est IESV,  
Formandis pueris dicata, quare  
Edico, procul hinc facebat, aut qui  
Spurcis moribus, aut in erudita,  
Ludum hunc inquiet eruditione;

## CARMEN IAMBICVM.

Non inueniusto antiquitas ænigmate  
Studij magistram, uirginem  
Finxit Mineruam, ac literarum præsides  
Finxit Camœnas uirgines.  
Nunc ipse uirgo matre natus uirgine,  
Præsideo uirgineo gregi,  
Et hospitator huius, & custos scholæ.  
Adsum ministri uirgines,  
Pueros meos mecum tuentes angelis.  
Mihi grata ubiq; puritas,  
Decetq; studia literarum puritas.

PROLOGUS

D E P V E R O I E S V

Procul ergo sacro à limine.  
Morum arceant mihil literatores luem,  
Nihilhuc recipient barbarum.  
Procul arceant illiteratas literas,  
Nec regna polluant mea;

A L I V D.

Quin hunc ad puerum pueri concurritis omnes?  
Vnus hic est uitæ regula, fonsq; piæ.  
Hunc qui non sapiat, huius sapientia stulta est,  
Absq; hoc uita hominis mors (mibi crede) mera est.

S A P H I C V M.

Cœperit faustis auibus precamur,  
Semper augescens meliore fato,  
Hic nouæ sudor nouus officinæ,  
Auspice IESV.  
Hic rudis (tanquam noua testa) pubes  
Literas graias, simul & latinas,  
Et fidem sacram, tenerisq; Christum  
Combibet annis.

Quid fuit leta sobolem dedisse  
Corporis forma: nisi mens & ipsa  
Rite singatur, studiusq; castis  
Culta nitescat?  
Stirpe ab hac sensim noua pullulabit

Ciuium:

C A R M I N A.

31

Ciuium proles, pietate iuxta, ac  
Luteris pollens, breuiterq; regno.

Digna Britanno.

Ludus hic sylva pariet futurae  
Semina, hinc diues nemus undæquaq;  
Densius surgens decorabit Anglum

Latius orbem;

E P I T A P H I V M   S C V R R V


Ia temulenti, Scazon.


Pax sit uiator, tacitus hos legas uersus,  
Ut sacra uerba muſitant sacerdotes,  
Ne mihi suauem strepitus auferat somnum,  
Repetatq; uigiles illico sitis fauces.  
Nam scurrula hocce sterco conditus saxo,  
Quondam illi magni clarus Euij mystes,  
Ut qui bis octo lustra perbibi tota,  
Oculis profundus deinde somnus obrepſit,  
Ut fit, benigno membra cum madent Baccho.  
Atq; ita peractis suauiter bonis annis,  
Idem bibendi finis, atq; uiuendi  
Fuit. Sed etiam me aliquis ebrium credat,  
Aut somniare, qui iſta dormiens dicam.  
Vale uiator, iam silenter abſcede;


F I N I S.


L51974-X


ARGENTINAE APVD IOANNEM  
KNOBLOVCHVM, MENSE  
NOVEMBRI. ANNO,  
M. D.XXI.











B